


1542. d. 21. Maj.

Ferdinandus Romanorū rex.
Sigismundo I. Regi Poloniae

Accepimus Serenitatis Vestrae 80
litteras proprio tabellario ad nos da-
tas, quibus nobis scribit se ad faci-
endas Julij proxime futuras Cracoviae
sistere velle, ea quo eadem dies nuptijs ce-
lebrandis constituta est, quam vis non
nollet Serenitas Vestra, ut quoniam
tempus admodum breve sit, longius
daretur intervallum negotiumque hoc
ad diem usque Divo Bartolomeo sacrum
differetur, petens se de nostra in eo vo-
luntate, quamprimum certiore fieri.
Non equidem, uti antea semper ita, et
nunc etiam in votis magis habemus,
nihil quam primo quoque oportuno
et commodo tempore, hoc ceptum
Serenissimorum communium liberorum
nostrorum connubium, quod utrinque
Felix, ac faustum esse velit altis-
simus ad bonum optatumque finem
et exitum deduceretur. Cum autem Se-
renitas Vestra paulo saltem longius da-
ri intervallum preoptet, Nos quoque
propter hanc nostram institutam cum
Sacri imperij principibus et statibus
contra Christiani nominis hostes Turcas
expeditionem valde admodum occupa-
ti simus, non gravatim desiderio Se-
renitatis Vestrae Duximus gratificari:

Dum



gratificandum Deliberavimus autem bre-
vi mittere ad Serenitatem Vestram pro
tutius hujus negotij confectione Orato-
rem nostrum, cujus tam De die nuptijs
dicendo, quam De alijs, quae ad eas cele-
brandas requiruntur, quaeq; ab eisdem
Dependent cum Sanctitate vestra amice
et fraternè conveniamus, concordemusq;
quo tandem istiusmodi contractus in-
ter nos, atque Serenissimos communes
liberos nostros feliciter captus, felicis-
simum exitum consequatur. Qua quidem
re nobis nihil optatius profectò juvan-
dius accidere potest, id quod nobis De
Vestra Serenitate omnino pollicemur, qua-
diu incolumem felicemque vivere, et
regnare ea animo optamus. Datum in
Oppido nostro Lincio. Die 21^a mensis
Maj. Anno Domini 1542.